Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5679
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

optimi atque pulcherrimi ad colorem re-
deunt sine quo conceptum fabricare nequeunt
quare dicunt ipsum pulchriorem esse quam colo-
rem album / quemcumque / quia non sit color albus
in regione coloris / adeo pulcher quin possit
esse pulchrior / et adeo lucidus / et resplen-
dens quin possit esse lucidior. Unde visibilia
omnia non asserunt regem eorum aliquem colorem
regionis / qui actu est inter visibilia regionis
sed dicunt ipsum esse ultimum potentie pulchri-
tudinis lucidissimi / et perfectissimi coloris. Ta-
lia finita atque plura similia verissima conspicit.
Ascende igitur de visu ad auditum per consimilem
habitudinem et ad gustum odoratum atque tactum.
Deinde ad sensum communem / qui est positus su-
per omnem sensum. sicut auditus super audibilia
gustus gustabilia. olfactus odorabilia. tactus
tangibilia. deinde altius ad intellectum perge.
qui est super omnia intelligibilia. que sunt ra-
tionabilia. Rationabilia enim per intellectum
apprehenduntur. sed non reperitur in regione
rationabilium intellectus, sed intellectus sit
ut oculus et rationabilia ut colores. Et si
avis extendere in tua consideratione ut bene
apprehendas quomodo intellectus est ut visus
liber scilicet iudex verus et simplex omni ratio-
ni ^ prout sit clarum iudicium intuitum rationum ^ in quo non est permixtio spe racionum
in varietate regionis. Iudicat enim intellectus
hanc rationem necessariam hanc possibilem hanc
contingentem hanc impossibilem hanc demon-